UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacri sacerdotij defensio co[n]tra Lutheru[m]

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1240

XL Accedit & illis Cyprian[us] li. 2. ad Ceciliu[m] sic scribe[n]s.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30878

Visual Library

q̃d Chananeꝰ fuerit, & nõ de gñe Iudæoꝝ in Typũ processiſ
ſe ſacerdotis filij dei, de q̃ dicit in. Ioꝯ. pſalmo. Tu es ſacerdos Melchiſedech
in æternũ ſcd̃m ordinẽ Melchiſedech. Ordinẽ aũt eiꝰ multis rex & ſacer-
modis interp̃tãt, q̃d ſolꝰ & rex fuerit & ſacerdos & añ circũci dos.
ſionẽ functꝰ ſacerdotio, ut nõ gẽtes ex Iudæis, ſꝫ Iudęi ex gẽti
bus ſacerdotiũ acceperit, neq; unctꝰ oleo ſacerdotali, ut Moſi
p̃cepta cõſtituũt, ſꝫ oleo exultatiõis, & fidei puritate, neq; car-
nis et ſanguinis uictimas ĩmolauerit, et brutoꝝ ſanguinẽ, eoꝝ
aĩaliũ exta. i. qcqd ſup eſcã ẽ ſuſcepit, ſꝫ pane & uino ſimplici
puroq; ſacrificio Chr̃i dedicauerit ſacr̃m. ¶ Subſcribit huic XXXIX
Aug. li. de doc. chr̃ia. c. 2ȷ. In ſacerdote Melchiſedech dn̄icũ
ſacr̃m p̃figuratũ uidemꝰ, ſcd̃m q̃ ſcriptura diuia teſtaĩ, & dicit
Et melchiſedech rex ſalẽ ꝓtulit panẽ et uinũ. Fuit ãt ſacerdos
dei ſũmi & bñdixit Abrahã. Q; ãt melchiſedech typũ Chr̃i Pſal. ȷoꝯ.
portaret, delarat ĩ pſalmis ſpũs ſcũs, ex pſona p̃ris ad filiũ dicẽs
Añ lucifeꝝ genui te, tu es ſacerdos ĩ ęt̃nũ ſcd̃z ordinẽ melch.

¶ Accedit & illis Cyprianꝰ li. 2. ad Ceciliũ ſic ſcribẽs, Vt XL
ergo ĩ Geneſi p melchiſedech ſacerdotẽ bñdictio circa Abra
hã poſſit rite celebrari, p̃cedit añ imago ſacrificij ĩ pane & ui-
no ſcz cõſtituta. Quã rẽ pficiẽs et adimplẽs dn̄s panẽ & calicẽ
mixtũ uino obtulit, et q ẽ plenitudo ⁊itatẽ p̃figuratę imaginis
adimpleuit. Sed & p Salomonẽ ſpũs ſct̃ũs typũ dn̄ici ſacrifi- Sacrificiũ al-
cij p̃monſtrat ĩmolatę hoſtię panis & uini, ſꝫ & altaris & ap̃lo taris p̃mõſtra
rũ faciẽs mẽtionẽ. Sapiẽtia (ĩqt) ædificauit ſibi domũ & ſubdi tũ eſt figura.
dit colũnas ſeptẽ. Mactauit ſuas hoſtias, miſcuit in cratere ui
nũ ſuũ & parauit mẽſam ſuã. Et miſit ſeruos ſuos cõuocãs cũ
excelſa p̃dicatione ad craterẽ dicẽs. Qui eſt inſipiens declinet
ad me & indigentibus ſenſu dixit. Venite & edite de meis pa
nibus, & bibite uinũ quod miſcui uobis. Hæc ille.

¶ Ambroſius his aſtipulaĩ lib. 4. de ſacramẽtis. Tibi aũt ſa XLI
cramẽtoꝝ hoꝝ figura p̃ceſſit, q̃ñ Abrahã erat, q̃ñ uernaculos Gene. 14
trecẽtos decẽ & octo collegit, & ibi pſecutus eſt aduerſarios
de captiuitate eruẽs nepotẽ ſuũ. Tũc uictor uenit, occurrit illi
Melchiſedech ſacerdos, & obtulit ei panẽ & uinũ. Quis ha-
buit panẽ & uinũ? Abrahã nõ habut. Sed qs habuit? Melchi-
ſedech. Iꝑe ergo authoꝛ ſacramẽtoꝝ.